

De confessoribus... De confessoribus... De confessoribus...

Doctores concludunt, & inquinatissima omnium scelerum genere nefarii hominis vita...

Vae illis, Propheta exclamat, qui consuunt pulvillus sub cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite ad capiendas animas...

Quid porro cogitas de his anniversariis confessionibus, quas Paschatis tempore magis propter humanas rationes, quam ut Religioni pareas...

Non desunt homines adeo caeci, qui gravissima scelera sua minime norunt, eaque non confitentur. Non desunt mulieres adversus viros suos...

Spei quam concipere debemus ad penitentiam Sacramento accedentibus.

O Domine, Thronum gratiae in Ecclesia tua stavit, & affirma illum pro peccatoribus a te positum esse...

sis; effeis, ut concipiam voluntatem ad eum accedendi, mihi promittens futurum ut dulcedinem, & tuam bonitatem experiri.

Animarum directio sanctissimum est, praestantissimumque officium. Verum carere periculo? Zelus semper purus est? semperne charitatis agitur motus?

Si sincere converti cupimus, hac necessario praestare debemus. Sancta correpti impatientia per Penitentiae Sacramentum nostra eluendi, delendique facinora...

Quid requiritur ut bona sint generalia confessio.

CONFIDENTIA IN DEUM. MONITUM.

Confidentia in Deum peculiari Sermoni argumentum potest suppeditare, licet saepe cum aliis commiscetur argumentis, quae nos ad hanc virtutem adducunt...

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti Systemata.

Res propositiones sermonis partitionem efficiunt. Prima est, nihil aequius & justius esse, quam omnem in Deo spem collocare; Altera, nihil Deo gloriosius, nihil illi antiquius, nihilque ab eo magis...

& in eundem unice confidens, provocat quiquid in terris est, utrum sibi detrimentum valeant adferre. En quod martyr constantiam, animaque magnae robis sustinuit, & quod Regius Propheta tot in locis aperuit.

Pro concionis argumento desumi possunt praecipuae rationes, quae nos impellunt, ut in Deo fiduciam omnem constituamus.

Prima est illius bonitas, & amor, quo nos complectitur, quo actus de infensissimis etiam hostibus suis ingratis, infidelibus, qui nihil ab eodem expectant, qui immo beneficis ipsius ad inferendam eidem injuriam abutuntur, bene meretur.

Altera est promissionum eius fidelitas. In omnibus scripturae paginis nobis se operam adhibere, verbo etiam jururandum adiecit, ut, quemadmodum inquit Apostolus, confidentia nostra inconcussa maneret, duobus adeo solidis fundamentis innixa.

Tertia est nostrum testimonium, toties enim illius auxilium famus experti in occasionibus, ubi nulla spes videbatur adesse, & in quibus de nobis adum proculdubio fuisset, nisi nobis fuisset opitulatus.

Qualitates, vel conditiones, quas confidentia in Deum debet habere.

1. Integra esse debet, & sine ulla exceptione: hoc est in Deo omnibus in rebus confidendum est: non enim desunt, qui in his, quae ad animae salutem pertinent, in Dei bonitate, nimis etiam saepe, confidunt; at illis deficit confidentia in temporalibus, vitaeque hujus necessitatibus.

2. Prompta esse debet; hoc est, non expectandum, donec ultimum periculum adit, ut tunc ad Deum confugiamus, postquam cetera inutilia experti fuerimus, postquam cetera inutilia experti fuerimus, quod plerumque accidit non paucis, qui tunc tandem Deum votis fatigant, cum nullam aliunde spem sibi occurrere vident, qui ad illum ante omnia confugere debent.

3. Constantis esse debet, & inconcussa; ita ut obices, & difficultates quaecumque minime deterrent, neque animos despondeamus, ubi statim etiam rem fluere non cernimus, sed perseverandum licet, immo contra spem omnem sperandum, licet humana ratio suadeat, nihil e voti cessurum.

Sequentes etiam propositiones duae satis copiose concioni elucubrandae possunt suppeditare.

Prima est, non posse nos maiorem erga Deum amorem testari, quam in eo spem omnem constituendo; quemadmodum amico benevolentiam nostram magis probare non possumus, quam in ipso confidentiam collocando.

II.

III.

IV.

confidentia potissimum, ac certissima est plena, sinceritate amicitiae argumentum.

Altera; tunc Deum quoque vicissim maiorem erga nos amorem testari; nihil enim illi negat, qui fidenter aliquid ab eo petit, eos protegit, ac tuetur in omnibus, & contra omnes, ac peculiatem ipsorum curam gerit. Confidentia haec certissimum est argumentum peculiaris Dei erga nos amoris, & charitatis.

V. 1. Confidentia in Deum plane probat fidei nostrae praesentiam, ac dici potest alteram alterius esse normam, atque mensuram.

2. Probat Perfectionem spei nos affectos, vel melius dicam; altissimum huius spei attingisse verticem, cum sine exceptione in Deum unum confidimus.

3. Haec certissimum nostrae charitatis argumentum est; quo enim magis Deum diligimus, eo magis in ipsum confidimus.

VI. Spem nostram in Deo constituentes divinarum Perfectionum sumus participes.

1. Participes sumus Sanctitatis; ita enim nosmet expeditimus secularibus curis, a quibus nihil expectamus; ut cum Deo penitus coniungamur, eique adheramus, a quo omnia speramus.

2. Propriam abiectionem imbecillitatem hanc cum Dei fortitudine comparamus, insignitabilis huius fortitudinis participes sumus, quemadmodum Regius Propheta testatur. *Qui confidit in Domino mutabunt fortitudinem.* Pl. 125. Ita qui omnino confidit in Deum, hoc tantum Ens supremum veretur, ab omnibus vitae huius periculis tutus.

3. Divinae Immutabilitatis participes sumus propter constantiam, quam haec inspirat confidentia. *Ego sum Deus, & non mutor.* Malach. 3.

VII. 1. Rationes, quae nos adiungunt, ut in Deo spem nostram constituamus, opposita rationibus, quae suadent, ne nosmet credamus hominibus.

2. Modus, quo in Deo confidere debeamus, videlicet integre, sine exceptione, in omnibus occasionibus, omnibusque negotiis; in nobis vero prolixus & contra.

3. Fructus, effectus, & bona, quae ex hac confidentia percipimus, & mala, quae nihil in nosmetipsis confidentiam sequuntur.

VIII. 1. Vltimo dicunt, spem unicum esse bonum miserorum; verum dicere audeo, eos, qui spem omnem, omnique confidentiam in Deo collocant, omnium viventium esse felicissimos.

Quia certi sunt obtinendi, quod in vita cupiunt, & fidenter a Deo petunt; quia ea omnia, quae cumque aggreduntur, illis cedunt & sententia, atque tutiores sunt contra communes casus, & fortunae vias, quam qui in sua exultatione, opibus, & potestate confidunt.

2. Quia praeterea facilius aeternam felicitatem consequuntur.

IX. 1. In nobis confidere non debemus propter nostram imbecillitatem, inconstantiam, & ignaviam.

2. Semper metuendum est ne nimis in creatis rebus, amicis, opibus, exultatione ac dignitate nostra confidamus.

X. 1. Fallax confidentia efficit, ut in familiaribus negotiis omnia a Deo expectemus, qui ipsi lapidem movere velimus, cum ipsa humanas rationes nequaquam excludat; sed prohibeat solum, ne omnem in illis spem nostram constituamus.

2. Vera Confidentia efficit, ut in desperatis rebus, quae alioquin iusta sunt, a Deo expectemus omnia.

XI. In Deum confidendum est. 1. Tamquam Parentum omnium amantissimum, 2. amicorum omnium fidelissimum, 3. Patronorum omnium potentissimum.

XII. Quamvis confidentia in Deum homini sit naturalis, ut docet Tertullianus, tamen haec

1. Verum Christi fidelem ab infidelibus, atque Idololatriis distinguit, ipso testante Dei Filio in Evangelio.

2. Ferventem Christi fidelem, virtutibusque nitentem a vulgo fidelium distinguit.

XIII. S. Bernardus ob tria docet in Deo spem omnem esse reponendam. *Tota confidero, inquit, in quibus tota spes mea consistit;*

1. *Charitatem Adoptionis:* Charitatem, qua magnus hic Deus nos complexus est eo usque, ut filios adoptivos faceret; quid enim post hoc nobis potest negare?

2. *Veritatem promissionis,* qua toties se nobis optem allatum sponoadit.

3. *Potestatem redditionis,* qua fidem praestare potest eorum omnium, quae nobis precepit.

1. *Sele Deus iurejurando arctius obstrinxit, se illis opitulaturum, qui in ipso confident.*

2. *Licet seipsum minime obstrinxerit, confidentia nostra illum certissime obstringeret.* *Desumptum ex Patre de la Colombe Sermone huius argumenti Tomo 4.*

Homo a semetipso duo habet, quibus ad Deum fidenter confugere cogitur.

Primum est, egestas, ac miseria, quae illum adducunt, ut in eum confidat, qui omnibus necessitatibus ejusdem potest consulere.

Alterum est, eius infirmitas, propter quam quiescere tenetur praesidium contra inimicos suos; quod quidem certius, tulitque in Deo uno potest reperire. *Desumptum ex Autore sermonum in omnia Ethica Christianae argumenta.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad propositas Concionum ideas amplificandas.

Sanctus Augustinus l. 2. de *Serm. Dom. c. 23. 24. Sancti Petri & 25.* loquitur de Confidentia in Deum pro rebus temporalibus.

Idem in Pl. 9. ostendit inanem esse eorum spem qui in suis opibus, potestate, exultatione &c. confidunt.

Idem in Psalmum 30. explicans haec Prophetae verba, *Osisti observantes vanitates supervacuae,* ostendit eos tantum, qui sperant in Deum, vanitatibus, hoc est, rebus petitis animam nequaquam impendere.

S. Hieronymus, l. 5. in c. 18. Prophetae Isaie, refert mala, quae illis accidunt, qui in aliis praeter Deum confidunt.

Idem l. 3. in c. 4. Lamentationum Jeremie eos recenset, qui votorum summam consecuti non sunt, quia in Deo spem suam non collocant.

Idem in *Ezechielem* l. 4. c. 14. loquitur de confidentia in Deo reponenda.

Origenes hom. 4. in Pl. 36. in haec Prophetae verba, *Spera in Domino, & fac iustitiam,* ostendit in uno Deo spem esse constituendam.

Idem haec Psalmi 36. explicans verba: *Evect eos a peccatoribus, quia speraverunt in eo,* ostendit, ideo iustos a Deo protegi, & aequae defendi, quod in ipsum speraverunt.

S. Chrysostomus in Pl. 124. ostendit, concuti non posse sperantes in Deo.

S. Basilus *Orat. 20. qua est de Principatu,* ostendit confidentiam comparat cum sacrificio Deo uni offerendo.

Idem de *Regulis fufus disputans* docet omnia illis timenda, qui non confidunt in Deum.

S. Anselmus l. de *mensura Crucis* in lat. septem adfert rationes, propter quas omnem spem in Deum transferre debemus.

S. Bernardus Sermone 50. in Cantica ostendit, quamquam nobis inestis nunquam fidere debeamus, tamen timorem hunc a Confidentia in Deum esse superandum.

Idem in Psalmum, *Qui habitas in adiutorio Altissimi,* plurima habet, eaque praestantissima ad hoc argumentum spectantia, in sermone 9. affert causas huius confidentiae; in aliis vero confidentiae auctus elicit, praetera facientias proferit.

P. Ludovicus Granatenfis pluribus in locis verba ostendit, quae ad hoc argumentum.

Alphonfus Rodriguez p. 3. tr. 1. c. 15. & seq.

P. Gaudier c. 17. tractatus de Conformitate cum voluntate Dei.

Jacobus Alvarez. *Tomo 2. l. 3. p. 2. c. 4.*

Franciscus Arias in *Thebanorum Tom. 2. tract. 3.*

Bernardinus Roignolius. De perfectione Discipulorum Christianae l. 3. c. 5.

P. du Sault praesentissimum edidit librum, ubi solide tractatum est, quidquid ad hoc pertinet argumentum.

P. Franciscus Poiré. De scientia Sanctorum tr. 3. parte 2. c. 11.

Petrus Sanchez in Regno Dei part. 4. c. 5.

Theophilus Bernardinus. De Religiosis per se praesidiis l. 5. c. 7.

XIV.

XV.

Atteuel.

Dre.

Drexellius in *Heliotropio* l. 5. c. 1. & seq. Idem in *Rificum* part. 2. c. 8.

Quicumque de Providentia tractatus ediderunt de confidentia in eandem habenda locuti sunt.

Matthias Faber *Conc. 6. in Dominica. 18. post Pentec.*

Jacobus Marchantius in *Horto Paforum lib. 2. Tract. 1.*

Biroat Sermone de Providentia pro quarta Quadragesimae Dominica.

P. Texier in *Dominicali.* Sermone pro quarta post Epiphaniam Dominica.

P. De la Colombe Tom. 4. Sermone 68. qui totus est de Confidentia in Deum.

De la Font. Sermone pro 4. post Epiphaniam Dominica.

Joly in eandem diem.

Honiluz morales pro quarta post Epiphaniam Dominica.

Auctor Sermonum in omnia Ethica Christianae argumenta, huius argumenti sermonem habet in *Dominicali Tomo 3. sermone pro sexta post Pentecosten Dominica.*

Idem de hoc argumento loquitur in sermone de Providentia pro 4. Quadragesimae Dominica.

Plurima etiam in veniri possunt de confidentia in Deum apud eos, qui sermones de Providentia ediderunt.

Josephus Manf. Bibliotheca Moralis *Tractatus 16. 35.*

Ludovicus Granatenfis Titulo spes, & fiducia.

Balaus. Tit. spes, & sperare.

Peraldus. Tomo 3. in tractatu de Spe.

Consili etiam possunt Auctores alii, qui sub Providentiae titulum plura huius argumenti congestere.

Qui colle...

PARAGRAPHUS III.

Loca, exempla, & applicationes Scripturarum huius argumenti.

Ubi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam? surgant & opulentur urbis, & in necessitate vos protegant. Deut. c. 32.

An speras in baculo arundineo atque confraeto Aegypti, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manus eius, & perforabit eam? l. 4. Reg. c. 18. (Verba Rablasi.)

Deus fortis meus; sperabo in eum; scutum meum, & cornu salutis meae, elevator meus, & refugium meum; Saluator meus, de iniquitate liberabis me. Lib. 2. Reg. c. 23. in Cant. Davidis.

Etiamsi me occiderit, in ipso sperabo. Job. 13.

Lectetur omnes qui sperant in te. Pl. 5.

Domine Deus meus in te speravi; saluum me fac ex omnibus persequentibus me. Pl. 7.

Speret in te qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti querentes te Domine. Psalmus 9.

Qui salvos facis sperantes in te. Pl. 16.

Deus meus adjutor meus, sperabo in eum. Psalmus 17.

Protektor est omnium sperantium in se. Ib.

In te speraverunt Patres nostri; speraverunt, & liberasti eos. Pl. 31.

Non erubescam, quoniam speravi in te. Pl. 24.

In Domino sperans non infirmabit. Pl. 25.

In te Domine speravi, non confundar in aeternum. Pl. 30. & 70.

Ad te levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam. Pl. 24.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speravimus in te. Pl. 32.

Si constant aduersum me castra, non timebis cor meum. Pl. 26.

Domine illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protektor vita mea, a quo trepidabo? Ib.

Spera in eo, & ipse faciet. Pl. 36.

In Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo. Pl. 55.

Paratum cor ejus sperare in Domino. Pl. 121.

Beatus vir cuius est nomen Domini spes ejus. Pl. 39.

Factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meae. Pl. 93.

Super enim ridebunt, & dicent: ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum. Pl. 52.

Dominus firuamentum meum, & refugium totum. Pl. 17.

Narrantes laudes Domini . . . ut ponant in Deo spem suam. Pl. 77.

Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Pl. 107.

In pace in idipsum dormiam & requiescam; quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me. Pl. 4.

In te confidit anima mea. Pl. 56.

Tu es spes mea, Deus. Pl. 90.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion. Pl. 124.

Quoniam in me speravit, libera eum; protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Psalmus 90.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne imitaris prudentiae tuae. Prov. 3.

In timore Domini fiducia fortitudinis. Prov. 14.

Scitote quia nullus speravit in Domino, & confusus est. Quis invocavit eum, & despexit illum? Eccl. 2.

Respicens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Eccl. 51.

Qui confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates. Il. 59.

Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum: ut non misereatur filii uteri sui? est illa oblitua fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Il. 49.

Vae qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis . . . & super equitibus . . . & non sunt confisi super Sanctum Israel, & Dominum non requisierunt. Il. 31.

Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui praeparat auxilium. Ibidem.

Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem. I. sal. 44.

Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor ejus. Jer. 17.

Bonus est Dominus sperantibus in illum, anime querenti illum. Thren. 3.

Spem quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam. Ad Hebr. 6.

Nolite amittere confidentiam, quae magnam habet remunerationem. Ad Hebr. 10.

Haec est fiducia quam habemus ad eum; quia quocumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. 1. Jo. 5.

Cogitate pro generatione & generationem, quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur. 1. Machab. 2.

Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum. 1. Jo. 3.

Divitiis huius saeculi praecipue non sublimi sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo. 1. Ad Timoth. 6.

Benedictus vir qui confidit in Domino & erit Dominus fiducia ejus. Jer. 17.

Habe fiduciam in Domino Deo tuo. Proverb. 3.

Mibi adherere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam. Pl. 72.

Veteris Testamenti exempla.

Sanctus Chrysostomus nullum scribendi genus satis disertum esse putat celebrandis Abraham laudibus, cuius confidentia, licet gravissimis quateratur incurtibus, labare non potuit. Sancto huius Patriarchae uxor sterilis erat, ac praeterea ita senio confecta, ut omnis signendorum liberorum spes procul abesset; illi tamen promissit Deus, ipsius progenie universum terrarum orbem repleturum. Haud aere creditit Abraham, & non multo post Isaac natus illum in fide sua confirmavit. Jusus deinde fuit unigenitum hunc jugulare, ac Deo in sacrificium offerre. Praecepto obtemperaturus omnia disposuit, non ideo tamen abiecit spem frequentissime posteritatis per eundem filium obtinende, quem propria manu erat jugulaturus. Praeceptum hoc adeo conforme videbatur, Abraham confidentiam adeo conforme videbatur, Abraham confidentiam minime labefactavit; speravit ille, ut inquit Apollonius, Deus, qui potens est, & fallere minime potest, fidem praestaret, licet etiam miraculo, jugulatus Isaac, ab inferis esset resuscitandus. Ita expectationi respondit effectus; & Deo tanopere placuit fidelis servi confidentia, ut non semel juraverit, se non obliturum eorum, quae adeo solemniter fuerat

Fides; & Confidentia Abraham.

quantiam in Deum sperat propter exaltationem, quam de promissione ipsius fidelitate concepit; superperari; Altera vero, qua in Deum sperat magis, quam in omnia simul creata; uti addi potest, ipsum sperare contra spem omnem, & quo minus videntur res se sententia eundem cessura; eo majorem concipere spem vitorum suorum summam consequendi, quae profecto vocari potest spes supra eandem spem posita.

Spem, quam sicut anchoram habemus animae tutam, ac firmam. Ad Hebr. c. 6. S. Paulus Spem generatim appellat anchora salutis anchoram, quemadmodum enim anchora fluctuum, ac tempestatum vim tenet; ita spes efficit, ut in Deum confidamus, ab eo impetraturi illa, quibus indigenus, & vitorum nostrorum summam conlecturi.

Omnia vero sanam et. Haic c. 40. Omnes homines ex ista Prophetae sententia, sunt veluti foenum, & flores agris, nulli salubre insistentes. Invidere humanae amicitiae, ac intelligere omne illius praesidium ipsum esse, minuatque sanum, quod credit, ac te sustinere non valet. Ideo alius inquit Propheta, maximam hominis infelicitatem esse in alio homine spem suam collocare. Maledictus homo, qui confidit in homine.

Tu spes mea Deus. Pl. 90. Propheta his verbis innuit, se non solum sperare in Deum, vel se ab illo omnia praestari bona, ac vitorum suorum summam expectare; sed Deum ipsum objectum esse spem suam, potiusquam cetera bona quae expectat a Deo; etenim proprie loquendo, quod expectamus, hoc potius nostra spes est, quam ille a quo expectamus? magis spes nostra dicitur quod speramus, quam in quo speramus. Cum a Deo valedicimus bonam spem, optimum negotiorum eventum, temporalem prosperitatem; haec potius spes tua sunt, quam ille, a quo haec eadem speras se consecuturum. Tunc Deus non est tua spes, & praecipuum vitorum tuorum objectum, sed haec ipsa bona, quae ab eo te putas impetraturum. Nunc vero ipse sperandus nobis est? supremi huius Boni possessio praecipue ab ipso nobis est expectanda.

Deus refugium nostrum, & virtus, inquit idem Regius Propheta; in qua verba S. Augustinus animadvertit, non desse refugia quaedam, quos nescit recipere possimus, sed quae vim non habent nosmet ab hostium insidiis, atque oppugnationibus tuendi, ac protegendi; Homines illi, in quibus confidentiam nostram statuimus, vocari quidem possunt refugium nostrum, non autem virtus nostra; quae duo Deus unus in se simul complectitur. Accidit passim, ut ad potentem aliquem hominem confugiamus, qui cum sit amicis noster, esse debere videatur refugium nostrum, atque certissimum in calamitatibus nostris asyllum: verum cum humana quaevis fluxa sint, & fragilia, quin minus in tuto, qui antea nobismetipsis tantummodo timebamus, modo & nobis, & illi timeamus. Sunt quaedam refugia, ubi non est virtus, quo quisque cum fugerit, magis infirmatur. S. August. in Pl. 45.

PARAGRAPHUS IV.

Sanctorum Patrum loci, atque sententiae hujus argumenti.

SI spes mea in homine erit, titubante homine, titubabit spes mea; at in Domino sperans non infirmabit. Aug. in Pl. 25.

Credis in Deum, & non credis ipsi Deo? Idem, in Pl. 38.

Protegitur Imperator scutatis & non timet; protegitur mortalitatis a mortalibus, & securus est; protegitur mortalitatis ab immortalibus, & trepidabit? Idem, in Pl. 26.

Sunt quaedam refugia, ubi non est virtus, quo quisque cum fugerit, magis infirmatur. Idem, in Pl. 45.

Tu Christianus, in Dei servo, tu bonis operibus dedito, aliquid existimas deserturum? an putas terrena dederunt, quibus caelestia & divina tribuuntur? unde haec incredula cogitatio? quid facit in domo Dei perfidiam peccati? Idem.

Vae, qui habent spem in saeculo, & his saeculi rebus haerent! Debet Christianus uti mundo, non servire mundo; ut habentes sint tamquam non habentes. Idem, in Pl. 93.

Si maledictus homo qui spem suam ponit in homi-

Imbecillitas eius confidit in hominibus.

Deus si non refugium nostrum & virtus.

ne, ergo nec in semetipso debet spem ponere, quia ipse homo est. Idem, Epist. 52. ad Maced.

Si ponas spem in Deo tuo, non confundere; quia ille in quo posuisti, salutare te non potest. Idem, in Pl. 36.

Tota spes nostra in Deo fit, nihilque de nobis, tanquam de nostris viribus praesumamus, ne nostrum facientes, quod ab illo est, & quod habemus, amittamus. Idem, in Pl. 70.

Ibi plus auxilii, ubi plus est periculi, quia Deus est adiutor in opportunitatibus, Ambros. l. de Josephat, c. 5.

De divina miseratione tunc sperandum amplius est, cum praesidia humana defecerint. Idem in Hexaim.

In promissis veritatis nemo dubitet; fit homo qui esse debet, & mox ei addentur omnia, propter quem facta sunt omnia. Hier. in c. 6. Matth.

Quonia sublimitas inter ruinas generis humani stare creditum? Cypri. Sermon. de morte.

In tuto est hereditas, quae Deo custode servatur, Idem, de elem.

O testimonium anime naturaliter Christianae! pronuncians haec, non ad Capitulum, sed ad Caelum respicit. Tertull. in Apolog.

Cui praeter Deum fidere tutum est? an principatus, an gloriae, an corporis bonis? Phyllo Judaeus, l. de Abraham.

Sibi ipsi fidere, non fidei, sed perfidiae est; nec confidentia, sed diffidentia magis, in seipso habere fiduciam. Bern. Sermon. in Vig. Nat. Christi.

Tria considero, in quibus tota spes mea confisit, obedientiam adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. Idem. Sermon. 3. de 7. pan.

Si quid illi (nempe Deo) impossibile vel difficile, quare altum in quo speret. Idem, Sermon. 9. in Pl. qui habitat, &c.

Tu es, Domine, spes mea: haec una mihi omnium promissionum causa, haec tota ratio mea expectationis. Idem, ibi.

Si tribulatio infertur, per te sperabo; si praemia promittantur, per te optinebo; si insurgat hostis, nunc in te sperabo. Idem, ibi.

Sicut exterrandus est ille homo, qui spem suam ponit in homine; ita omni laude dignus, qui ex Deo totum pendet. Basil. in Grat. de virt. & vitio.

Tantum per nos operabitur Deus, quantum se nostra in eum fiducia extenderit. Idem.

Qui in propriis virtutibus gloriatur, ipse a se divinum repellit auxilium. Celestinus Papa; Epist. ad Episc. Gall.

Usumodi erga Deum confidentia thesaurus est longe praeciosissimus, quem qui habet, facile impetrat a Deo quicquid desiderat, cum Deum in eo latere sciat, in quo tueri se non potest. Blosius in sarrag. 1. 1. spir.

Non spes super te ipsum, sed in Deo spem tuam confisue: fac quod in te est; & Deus adertit bono voluntati tuae. Lib. 1. de Imit. Christi, c. 7.

Domine, quae est fiducia mea, quae in hac vita habeo? nonne tu Domine, Deus meus? Idem, l. 3. c. 19.

Qui Deo non fidit in his caducis, quanto minus in eternis? Marcus Anach. in vitis Patrum.

Omnia possumus in eo, sine quo nihil possumus. S. Leo.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae penae ad hoc argumentum valeat deprobi.

CONFIDENTIA, quam habere debemus in Deum, non consistit solum in sublimi conceptu de illius Providentia, infinitaque largitate, quem nobis Fides adstruit; neque in simplici spe quae nobis hos sensus potest tribuere futurum ut a Deo opem, & auxilium pro rerum nostrarum prosperitate petitam consequamur: sed est quaedam mentis nostrae certitudo in Deo ita quiescens, ut eam quaecumque fortunae vires concutere nequeant. Theologi nonnulli putant hanc eam esse Theologicalem virtutem, quam spem nuncupamus, quatenus a Deo temporalia expectamus bona, quae non secus ac aeterna ex illius largitate procedunt. Verum cum Confidentia eo in sensu, in quo ista accipimus, hujus vitae bona, ac felicem rerum eventum, quas aggredimur, eventum respiciat, probabilis videtur, morale duntaxat virtutem esse, sed a ceteris hujus nominis virtutibus, qualis est Penitentia, distindam. S. Thomas eam ad Ma-

Natio, & definitio confidit in Deum.

gna-

gnanimitatem refert, quam ipsa confirmat, roboratque. Ceterum a Fide nomen mutuata est, quia in aliquem confidere, credere est, hunc illud, quod expectamus, auxilium nobis esse concessurum.

Operz interim pretium duco animadvertere, hanc confidentiam in Deum, a Deo ipso profectam esse, ab eoque nobis cum vita traditam; quapropter a Tertulliano vocatur: Testimonium anime naturaliter Christianae. Significat autem, hanc nobiscum nasci, ita ut oporteat nos esse desinere, priusquam desinamus. Hoc probat experientia, quia subitus motus, & naturalis, antequam etiam per tempus nobis liceat animam ad actionem nostram advertere, vel consilium capere, nos rapit, ut oculis, voceque in Deum convertamur, licet etiam nunquam de eo cogitassemus antea, is in occursum, quibus inopinanter deprehendimur, & quos non ante praevidimus. Itaque barbarus, qui nunquam de Deo verbum audivit, Athenusque, qui nihil intentatum reliquerit, ut in se fidem, omneque pietatis sensus extinguat, facere tamen in huiusmodi occasionibus nequeunt, quomodo Caelum suscipiant, & ad eum, qui ibi praesidet, statim confugiant, ubi inevitabili calamitate opprimantur. Nemo enim mentiri potest instita sibi studia, & naturalis rationis vocem sibi dicentis; spem suam esse in Coelis, ac inde auxilium esse expectandum.

Quenam vero nostra esse debeat in Deum confidentia pro vite huius bonis, melius explicari non potest, quam Sancti Thomae doctrina; qui cum dixisset, Christianae spei tres praecipuos adus esse, quorum primus est, salutem aeternam sperare, alter considerare futurum, ut Dei Misericordia inimitis major nostra nequitia, peccatorum nostrorum nobis veniam largiatur, si uti opus est, eandem eniciliis flagitaverimus; tertius vero ille, per quem speramus, Deum temporalibus necessitatibus nostris opem laetatum, & ubi feret occasio, nobis praesidio futurum; fundamento hoc substrato, addit pro prioribus duobus actibus communem, & vulgarem fidem sufficere; eam vero nequaquam satis esse pro tertio. Profecto neminem ex fidelibus videmus, qui Caelum, scelerum suorum veniam non speret; nequissimi etiam peccatores hac in re valde praesunt, neque citra temeritatem; sed tertium adum, quo confidimus futurum, ut Deus temporalibus operibus nostris adsit, fatendum est, esse rarissimum. Ad hoc vividum, & perfecta fides requiritur, quae inter saeculi huius fideles per rarem invenitur: cum interim valde mirum sit, nos sperare potius Caelum a Deo nobis concessum iri in omnem aeternitatem, quam fluxum, & fragile bonum ad modicum tempus mansurum.

Albertus Magnus ait, Confidentiam in Deum, certam esse perfusioem. Divinae Majestatis, quae fidelis est, & omnipotens, nos in necessitatibus inimitis derelicturam, iuxta ea, quae toties Deo repeti. Itaque fidelitas, & potentia Dei sunt fundamenta nostrae in Deum confidentiae; & quoniam nihil concipi potest his fundamentis stabilis, ita nihil inveniri potest tutius hac confidentia.

D. Thomas, ac post eum quamplures Theologi docent, confidentiam hanc principium esse impetrandi, quemadmodum charitas merendi, & eos, qui fidenter petunt, a Deo eas, quas postulant, gratias obtinere, non secus ac qui cum charitate operantur, novam gratiam acquirunt; quod tamen cum quadam exceptione intelligendum est, si videlicet adsint ex omnibus conditiones, quae orationem efficacem efficiunt.

Cum sermo est de auxilio, quod in se confidentibus Dominus tribuit, illud semper intelligendum est, quod ipsis vel ad victum, vel ad munus suum, vel generis sui statum sit necessarium: non illud quod immoderatus animi affectus concupiscit, ut ea consequatur, quae saluti nostrae sunt obitura.

Viditine unquam viros bonos a Deo desitatos? Sin autem ipsi etiam viri boni tibi fingunt eas necessitates aedes, quibus revera minime urgentur, Deus ipse, quidopis, quid non, dignoscere novit, & si iustorum voluntatem sineciter invenerit, scit repulsae, quam illis inferre videtur, separate damnum, & facere, ut secretis causis, quibus ipse movetur, acquiescant.

Duplici ratione contra virtutem hanc peccati potest, excessu videlicet, & defectu. Excessu quidem,

D. Thomas, ac post eum quamplures Theologi docent, confidentiam hanc principium esse impetrandi, quemadmodum charitas merendi, & eos, qui fidenter petunt, a Deo eas, quas postulant, gratias obtinere, non secus ac qui cum charitate operantur, novam gratiam acquirunt; quod tamen cum quadam exceptione intelligendum est, si videlicet adsint ex omnibus conditiones, quae orationem efficacem efficiunt.

Cum sermo est de auxilio, quod in se confidentibus Dominus tribuit, illud semper intelligendum est, quod ipsis vel ad victum, vel ad munus suum, vel generis sui statum sit necessarium: non illud quod immoderatus animi affectus concupiscit, ut ea consequatur, quae saluti nostrae sunt obitura.

Viditine unquam viros bonos a Deo desitatos? Sin autem ipsi etiam viri boni tibi fingunt eas necessitates aedes, quibus revera minime urgentur, Deus ipse, quidopis, quid non, dignoscere novit, & si iustorum voluntatem sineciter invenerit, scit repulsae, quam illis inferre videtur, separate damnum, & facere, ut secretis causis, quibus ipse movetur, acquiescant.

Duplici ratione contra virtutem hanc peccati potest, excessu videlicet, & defectu. Excessu quidem,

Defectu vero, quod est tamquam arrha quaedam eorum quae mihi spondunt, & quae confidentiam meam efficiunt inconcussum, mihi adfore pollicitus est. Post hanc spondonem alia quocumque praecautio ex parte Dei inutilis est. Nihilominus quemadmodum jurandum apud homines praesertim quibuscumque pignoribus sanctius habetur, & minime temerandum; Dominus illud addere verbo suo non detredavit, ut quemadmodum ait Sanctus Paulus, majori cum certitudine immutabilem promissionem illius constantiam cognosceremus; & duobus his rebus innixi, quibus fieri nullo modo potest, ut Deus nos decipiat, firmam, solidamque spem conciperemus. Nos beatus, Tertullianus ait, quorum causa Deus iuvat! o miserimos, si nec Deo juranti credimus? Quenam igitur esse debet confidentiae nostrae constantia, quae adeo validis pignoribus innixa est? Quam requiem, quam tranquillitatem in cordibus nostris parere debet spes huius principis suffulta? quomodo fieri potest, ut illi accidant casus, qui nos detereant? Attamen nimis verum est, diffidentiam ac metum passim in

cum ita in Dei opem confidimus, ut non alia adhibeantur media ad optatum finem assequendum, quam necessaria: cum expectamus Deum omnia ex se tantum operari, quin nostram addamus operam; & hac spe suffulti, inertes sumus, neque pro virili parte adlaboramus: Excessus huius praesumptio, vel temeraria confidentia vocatur. Defectu peccatur, cum nulla in Deum habetur confidentia, cum opem illius implorare negligimus, seu quod in propriis viribus, industria, auctoritate confidamus, seu quod omnia ab amicorum subsidio, vel ab alicujus potentis patroni praesidio expectemus, seu denique animos omnino respondeamus.

S. Bernardus serm. 17. in Cantio. docet, per Diffidentiam spem nostram scilicet constanter credere, sibi peculiariter a Deo preparata esse aeterna bona, quae diligentibus se destinavit. Illius interem verba, quibus eum nexum ostendit, qui autem duas haec virtutes invenit. Fides dicit in nobis, Credo Deum fidelibus omnibus ineffabilia bona preparasse. Hoc est objectum Fidei: Spes dicit in nobis: magna haec bona quae Deus fidelibus suis reservat, pro me sunt, & aequae mihi reservat Deus. Haec verba satis ostendunt, ut spem vere christianam foveas, satis non esse, generatim credere, Deum ingenita preparasse bona fidelibus omnibus; sed illud etiam, quod fidei spes addit, eandem semper supposita, quin aliis unquam fundamentis innitatur, illud, inquam, quod spes addit, particularem efficiens propositionem, quae primum erat generalis: *Mibi bona illa reservantur*, ut Sanctus hic Doctor explicat.

Quenam vero nostra esse debeat in Deum confidentia pro vite huius bonis, melius explicari non potest, quam Sancti Thomae doctrina; qui cum dixisset, Christianae spei tres praecipuos adus esse, quorum primus est, salutem aeternam sperare, alter considerare futurum, ut Dei Misericordia inimitis major nostra nequitia, peccatorum nostrorum nobis veniam largiatur, si uti opus est, eandem eniciliis flagitaverimus; tertius vero ille, per quem speramus, Deum temporalibus necessitatibus nostris opem laetatum, & ubi feret occasio, nobis praesidio futurum; fundamento hoc substrato, addit pro prioribus duobus actibus communem, & vulgarem fidem sufficere; eam vero nequaquam satis esse pro tertio. Profecto neminem ex fidelibus videmus, qui Caelum, scelerum suorum veniam non speret; nequissimi etiam peccatores hac in re valde praesunt, neque citra temeritatem; sed tertium adum, quo confidimus futurum, ut Deus temporalibus operibus nostris adsit, fatendum est, esse rarissimum. Ad hoc vividum, & perfecta fides requiritur, quae inter saeculi huius fideles per rarem invenitur: cum interim valde mirum sit, nos sperare potius Caelum a Deo nobis concessum iri in omnem aeternitatem, quam fluxum, & fragile bonum ad modicum tempus mansurum.

Albertus Magnus ait, Confidentiam in Deum, certam esse perfusioem. Divinae Majestatis, quae fidelis est, & omnipotens, nos in necessitatibus inimitis derelicturam, iuxta ea, quae toties Deo repeti. Itaque fidelitas, & potentia Dei sunt fundamenta nostrae in Deum confidentiae; & quoniam nihil concipi potest his fundamentis stabilis, ita nihil inveniri potest tutius hac confidentia.

D. Thomas, ac post eum quamplures Theologi docent, confidentiam hanc principium esse impetrandi, quemadmodum charitas merendi, & eos, qui fidenter petunt, a Deo eas, quas postulant, gratias obtinere, non secus ac qui cum charitate operantur, novam gratiam acquirunt; quod tamen cum quadam exceptione intelligendum est, si videlicet adsint ex omnibus conditiones, quae orationem efficacem efficiunt.

Cum sermo est de auxilio, quod in se confidentibus Dominus tribuit, illud semper intelligendum est, quod ipsis vel ad victum, vel ad munus suum, vel generis sui statum sit necessarium: non illud quod immoderatus animi affectus concupiscit, ut ea consequatur, quae saluti nostrae sunt obitura.

Viditine unquam viros bonos a Deo desitatos? Sin autem ipsi etiam viri boni tibi fingunt eas necessitates aedes, quibus revera minime urgentur, Deus ipse, quidopis, quid non, dignoscere novit, & si iustorum voluntatem sineciter invenerit, scit repulsae, quam illis inferre videtur, separate damnum, & facere, ut secretis causis, quibus ipse movetur, acquiescant.

Duplici ratione contra virtutem hanc peccati potest, excessu videlicet, & defectu. Excessu quidem,

Defectu vero, quod est tamquam arrha quaedam eorum quae mihi spondunt, & quae confidentiam meam efficiunt inconcussum, mihi adfore pollicitus est. Post hanc spondonem alia quocumque praecautio ex parte Dei inutilis est. Nihilominus quemadmodum jurandum apud homines praesertim quibuscumque pignoribus sanctius habetur, & minime temerandum; Dominus illud addere verbo suo non detredavit, ut quemadmodum ait Sanctus Paulus, majori cum certitudine immutabilem promissionem illius constantiam cognosceremus; & duobus his rebus innixi, quibus fieri nullo modo potest, ut Deus nos decipiat, firmam, solidamque spem conciperemus. Nos beatus, Tertullianus ait, quorum causa Deus iuvat! o miserimos, si nec Deo juranti credimus? Quenam igitur esse debet confidentiae nostrae constantia, quae adeo validis pignoribus innixa est? Quam requiem, quam tranquillitatem in cordibus nostris parere debet spes huius principis suffulta? quomodo fieri potest, ut illi accidant casus, qui nos detereant? Attamen nimis verum est, diffidentiam ac metum passim in

ira virtus esse postea committi.

per Diffidentiam spem nostram scilicet constanter credere, sibi peculiariter a Deo preparata esse aeterna bona, quae diligentibus se destinavit.

ut spem vere christianam foveas, satis non esse, generatim credere, Deum ingenita preparasse bona fidelibus omnibus; sed illud etiam, quod fidei spes addit, eandem semper supposita, quin aliis unquam fundamentis innitatur, illud, inquam, quod spes addit, particularem efficiens propositionem, quae primum erat generalis: *Mibi bona illa reservantur*, ut Sanctus hic Doctor explicat.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aestheticis, Recentioribusque Consonationibus loci hujus argumenti.

MUNDI huius Sapientes in sua prudentia confidunt, quasi errante non possent; Divites operibus, juvenes etati, robusti homines valentissimi tamquam solidis fundamentis innituntur. Principum virorum favor, auctoritas, amici, magno habentur in pretio, & eorum ope censum sine Dei ipsius opera omnia et voto nostro cessura. Quotidie creaturarum rerum imbecillitatem, atque infidelitatem experimur, quin eam labefactent confidentiam, quam in illis statuimus. Identidem, ac eos revertitur calamus, qui infirmati sunt, caepe in manibus nostris contrit. Quenam igitur fides est, propter quam adeo parum speramus in Domino, in eo inquam, quae votis potentia immetitabile est, & Fides adeo probata? Undenam profectum est quod licet natura in cordibus nostris virtutis huius femina jecerit, ut liqueat ex celestissimi hominis, qui in maximis periculis, & inopinatis occubitus fieri nequeant quin manus in Caelum tendant, ac Dei opem deposcant; undenam inquam, tam difficulter in Creatora confidentiam nostram collocaemus? Cum hoc omnino irrationabile sit, nulla profus ratio reddi potest. Illud solum dicere possumus, nos nunquam eas perpendifse causas, propter quas aliter omnino nobis esset agendum: *Desumptum ex P. De la Colombiere tom. 4. sermone huius argumenti.*

Deus verbo suo quod est tamquam arrha quaedam eorum quae mihi spondunt, & quae confidentiam meam efficiunt inconcussum, mihi adfore pollicitus est. Post hanc spondonem alia quocumque praecautio ex parte Dei inutilis est. Nihilominus quemadmodum jurandum apud homines praesertim quibuscumque pignoribus sanctius habetur, & minime temerandum; Dominus illud addere verbo suo non detredavit, ut quemadmodum ait Sanctus Paulus, majori cum certitudine immutabilem promissionem illius constantiam cognosceremus; & duobus his rebus innixi, quibus fieri nullo modo potest, ut Deus nos decipiat, firmam, solidamque spem conciperemus. Nos beatus, Tertullianus ait, quorum causa Deus iuvat! o miserimos, si nec Deo juranti credimus? Quenam igitur esse debet confidentiae nostrae constantia, quae adeo validis pignoribus innixa est? Quam requiem, quam tranquillitatem in cordibus nostris parere debet spes huius principis suffulta? quomodo fieri potest, ut illi accidant casus, qui nos detereant? Attamen nimis verum est, diffidentiam ac metum passim in

Prophetas confidentia in Deum.

Peccata, quae con-

cordibus humanis regnare. Idem. Mihi persuasum est, Domine, te illis invigila- re, qui sperant in te, & nihil unquam deesse posse ex his, que a te prestolamur; ideo impotens omnem curam, omnemque sollicitudinem in te uno reponere statuo: In pace, in idiplum dormiam, & requisicam; quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Psalm. 4. Possunt homines me bonis exuere, nisi honorem eripere, possunt morbi vires meas detere, ac auferre modum iaser- viendi tibi; possunt etiam per scelus gratia tua pati iacturam, ac omnquam meam spem amittam.

Ad novissimum usque vite meae spatium illam tuebor, atque omnes inferni Demones nequoquam conabuntur, ut hanc mihi divellant. Quis speravit in Domino, & confusus est? Ecclia. Novi equidem, & heu me miserum! nimium novi, me imbecillum esse, fragilem, labentemque; scio quid contra solidissi nas etiam virtutes, valeant tentationes; vidi Caeli fydera, & firmamentum columnas habefachari: verum hac omnia mihi terrorem incute- re nequeunt. Donec speravero, ab omnibus adversis rurus ero, quia spes mea quati non poterit. Ita spero futurum, ut in lubrico me sustineas, contra furentes hostium oppugnationes me prote- gas, & efficias, ut imbecillitas mea de potenssissi- miam etiam inimici triumphum referat. Idem.

Iubet Dominus, nos sollicitos non esse, quid manducemus, aut quomodo induamur, quia ipse vult egreditibus nostris consulere; quid ultra opus est? Possomine verbo eius non credere; vel cogitamus, ipsam satis sese non obstrinxisse? Quid homo, S. Chrylogosus Hom. 2. inquit, earum fide- rem praetere tenetur hominibus, que in exigua papiro spondit; Deus vero non teneatur eorum, que in omnibus Scripturarum paginis polli- cetur? Faciamus, quod ille petit ex nobis; omnem confidentiam in iplo collocemus, & certi sumus, nihil nobis desitutum. Deus Pater vester est, Sal- vator ait, & fuit Pater vester, quia his omnibus in- digetis. Matt. 6. Hoc omnino animos nostros pacare debet, atque efficiere, ut nosmet ipsi grada- mus tanquam filios nequaquam cogitantes, ubi in- venturi sint, quid comedant, aut quo induantur; in parentibus suis omnem stantes confidentiam. Cum igitur talem habeamus Patrem, qualis ipse Deus est, hic proculdubio non poterit finire, nos pati; quandoquidem, neque terreni Patres adeo sunt duri, & inclementes. Abba: de Monmorel tom. 4. in 14. post Pentecostes Dominicam.

Mirandum sane est quomodo Salvatoris Discipuli adeo facile obliviscerentur signorum, quibus magis- ter suam illis benivolentiam, atque potentiam offen- dera. Singulis momentis inspectantibus illis mira- cula operabatur; quampulimos aegros curabat; viderantque ipsi in nuptiis Cana aquas in vinum convertas; & nihilominus intelligere nequeunt, quomodo populo, qui eum sequebatur, bucellam panis posset tribuere. Nosmetipsos in hac imagine agnoscamus, & erubescamus ob modicum spei, quam in Deo nostro itaquimus. Quoties neque opi- nantibus nobis praebuit auxilium, & manifesta in- dicia curae illius, quam nostri gerit? Quoties nos de hoc, vel illo periculo eripuit? quoties effecit, ut victores eyitarem eos laqueos, quos nobis ten- debant inimici? atamen ubi prima nobis ingruit calamitas, quin sopitam fidem excitemus; ac illi fidenter dicamus: in te Domine speravi, ne per- mittas, ut confundar; quin in memoriam revocem- gratias omnes quibus ab illo cumulati sumus, illeque utamur, ut speremus, & petamus ab illo gra- tias recentes: modo in illum insurgimus, modo animos despondamus. Idem in Evangelium Dominice 4. in Quadragesima.

Ubi gravis aliqua nobis calamitas accidit, ad Deum confugere oportet, etique dicere, quod olim Apostoli: Domine salva nos, perimus. Debemus il- lius potentiam agnoscere, atque ad ipsum tantum confugere omnino aliter, ac tot mali fideles; qui tempore tribulationis abiciunt animos, vel qui ad humana diutaxat subsidia confugiunt: non quod ea negligenda sint, quandoquidem iubet Deus, nos iisdem uti; sed quod hoc semper faciendum est cum quadam subordinatione preceptis Dei; salva nos. Matt. 3. Debemus illius implorare misericordiam, ac bonitatem, eumque exorare, ut nobis opem as- ferre dignetur primus; illi necessitates nostras, & pericula, in quibus versamur, debemus exponere. Ita nonnumquam in tediis, & desolationis Ra- tunc redacti, creditoris servitia oppressi, magistra-

Dicit Filius vobis, ne ad vidium fiat necesse vestra sumus solliciti.

tus iudicio rejeksi, & amicorum auxilio destituti, cum iamjam eo venerimus, ut vel in desperatio- nem decidamus, vel insurgamus contra Deum, vel illicitis utamur rationibus, ut ex ea calamita- te, que opprimit, ex eo tadio, quod devorat, ex ea iniustitia, quae nos perdit, eripiamur, spem om- nem in Domino collocemus, etique cum Prophe- ta dicamus: Impulsus everjus sum, ut caderem, & Dominus suscipit me. In te Domine speravi, non confundar in aeternum. Idem homilia in quartam Domi- nicam post Epiphaniam.

Ad Deum confugere debemus, eumque, ut olim S. Petrus, rogare, ut nobis manum porrigat, at- que sustineat, alioquin iniquitatis pelago submer- gentis. Si tibi inferatur iniuria, si in te probrum facitur; ventus hic est, quo agitaris: iratus es (ita loquitur Sanctus Angelinus) a quo perlat, fluctus attollitur, navis debilitat, anima tua periclitatur; confuge ad Deum, anchoram projice, spe nitere, que tua salutis est anchora; excita JESUM CHRIS- TUM dormientem, excita sopitam fidem: redi- bit animae tuae malacia, & navis tua liberabitur. Alioquin enim si animus admoveb illata iniuria, ultionem depescens: fluctus in animam tuam ingre- dietur, submergetis; & certissimum naufragium fa- cietis. Errantur Discipuli, quod non satis confida- runt in Domino, sese turbantur, & agitantur, du- bitantes, utrum ille de ipsis cogitaret: non ad se pertinet, quia perimus, Marc. 2. Idem.

Quid timidi estis iudice fidei? Ita Dominus ex- probat Apostolos timos. Illos nequaquam redarguit, quod ad se confugiunt; quandoquidem eorum preces exaudivit, eodemque tempore momento venis- precibus, & mari, ut sedentur: sed eos corripit, quod in ipsum non satis considerent. Iure eos ca- stigat, quia illum habentes socium venerunt; qui enim JESU CHRISTO vinculis caritatis adhe- reret, tempestatibus quidem agitari poterat, perire non poterat. Eos autem castigat, antequam sedet tem- pestatem, ut discamus, Sanctus Chryostomus in- quit, metum spee non tam ab externis malis, quam a nostra infirmitate, & fidei defectu proficisci; no- bisque persuasum esse debet, hac si adhaerit confi- dentia, pelagus ipsum sub pedibus nostris tanquam solidum marmor substatum iri, eaque si defuerit, solidissima futura pedibus ipsis cellera. Idem.

Numquam satis nobis diidire possimus, num- quam vero satis in Deum confidere. Nihil unquam donegat Deus solida confidentia, tantum possumus, quantum speramus, positum omnia si spe- remus omnia. Habet ille infinitam potentiam: si eidem innixus fuero, numquid decidam? Sapien- tiam habet infinitam: si illius consiliis adhaesero, falli ne poter? Infinitam habet bonitatem: si me illi credidero, illene mihi deerit? Infinitam habet providentiam, si me illi tradidero, illene me poterit oblivisci, vel me negligere? ego unum sum, ego eadem sum imbecillitas, quomodo de me dis- fidere nequeo? Sed Deus, & ego satis fortes su- mus: quomodo in eo non confidam? confidentia me Deo, & Deum mihi conjungit. Ideoque asse- rit Propheta sperantes in Deum fortitudinem ma- turatos: viderent propriam infirmitatem reliquos, ut Dei fortitudinem induant. Homo plenus confi- dentia sit quodammodo ex Dei fortitudine fortis. Cederene poterit, ut maximis concitatur calamita- tibus? Ex Dei ipsius potentia potens evadit; ulline obices ei timorem possunt incutere? Sapiens sit ex Dei esultem sapientia, deesse possunt eidem ra- tiones ad hos obices superandos? locuplex sit ex Dei ipsius opulentia, quid unquam in egestatibus eidem poterit deesse? Pater Noster, primo cum Confessione.

Confidentia in Deum numquam magis videtur, quam cum ita confirmat homines, ut spei hauria- casus hauriant ex iis, que eadem debent evan- ghere, & exemplo Abraham sperant contra quamlibet spem. Qui hunc auctur virtuti, nihil minus timet, quam cum omnia metuenda videntur: nihil magis sperat, quam cum omnia sunt in desperatis: numquam perfectus se Deo tradit, quam cum ab hominibus derelinquitur, & ab ipso etiam Deo, saltem in speciem, derelinqui videtur. Tunc cum Job c. 13. etiam si me occiderit, in ipso sperabo. Deus licet ad iracundiam maxime irritatus esset: huc tamen adeo vivida confidentia resistere minime poterit. Idem.

Admiraris nonnumquam illis, qui sine nomine sunt, sine exultatione; sine honore, conatus op- tines vedere ex sententia; cum interim, qui ami-

Salvator modicum Apo- stolico- rum confi- dentiam redarguit.

Confiden- tia in Deo unum tunc magis o- bstant, cum re- est in de- speratis.

eos habent, & magna possent apud optimates au- thoritate, plurimum sunt mala fortis ludibrium. Sed ratio constat. Illi quippe spem suam non in opibus, rebusque creatis constituunt, sed tantum in Deo, qui ipsis est omnia; hi vero fluxis, fra- gilibusque rebus tantummodo inveniuntur, quibus nulla soliditas inest; vel personis, quarum auctori- tas illos tueri non potest ab occultis inimici insidiis, cupis fraudes nequeunt pravertere. Igitur confi- dentiam tuam ab omnibus rebus creatis aufer, ut illam in Deum unica transferas: max vero inimi- cos omnes provoca & dic: si Deus pro nobis, qui contra nos; ad Rom. 8. Desumptum ex Christianis sermonibus; sermone de nomine JESU.

Confiden- tia in Deo non ab om- nibus inimici- tutur.

Pone me iuxta te, ajebat S. ille Job c. 17. & cu- jusvis manus pugnat contra me. Si iuxta te fuero, audader inimicos quoscumque provocabo; ne per- mittas igitur, me a te separari, & certus sum, quantumvis magni fit eorum conatus, constan- tiam meam nunquam esse labefa tandem. Insuper Vidua, que opes, & presidio caris plurima filio- rum caterva, & ere etiam fortasse alieno onusta, contempta, neglecta, ab omnibus etiam vestata, quam misere me tui! at nosim, quid tibi facien- dum! unum videlicet; ad Deum tibi confugi- dum est, in eoque spes tua collocanda: ipse erit presidium tuum, proceptor, asylum, portus, fortitudo tua: si te confugiendi tui derelinquas, si filii tui dolore tibi afferant, si misericordes homines opem tibi ferre fatigantur, si creditores, atque inimici te persequantur; Deus nunquam te deseret, omnique eorum conatus eludet: Joly pro- positione pro tertia Dominica Adventus.

Mirum profecto est intueri, quomodo humana vi- vendi ratio hominum fidei adverterit. Omnibus persuasum est, Deum esse bonorum omnium au- ctorem, & fontem; & quemadmodum ab eo esse obtinimus, ab eodem quoque caetera accepta bo- na, que nostra adjecit essentia; eique concessa fa- ferenda esse quaecumque seu naturae, seu gratiae privilegia. Satis nos ipsi intuemini, quid ex hac fide naturatur consequatur: nihil videlicet nobis nisi ab uno Deo expectandum: quoniam ab eodem recipimus omnia, ac plenitudinem confidentia, quam in illo habere debemus, deesse nobis, si in necessitatibus nostris aliunde opem, subsidiumque praestolemur. Cum Dei verbis sermone Propheta ei maledicit, qui in homine suam confidentiam constituit, & carneum sibi brachium facit, non il- li tantum maledicit, qui omnem spem suam con- stituit in homine, quin aliquid a Domino expectet; sed illi etiam, qui confidentiam suam partitur, & partem in seipso, ingenio, vi, existimatione sua, partem in creatis rebus, partemque in Domino collocat: maledictus, qui consistit in homine, & ponit carneum brachium suum. Jerem. 17. Attamen in fidelium turba, qui quotidie Deo suo vota annun- ciant, eisque opem, & praesidium implorant, quousqueque invenitur, qui in eo spem omnem col- locet, & in illius auxilio prorsus confidat! De la Font Entretien Ecclésiastiques pro quarta post Epi- phaniam Dominica.

Quam raro inveniantur, qui non aliam praesi- dium, non aliam inquirant opem, quam ex Deo suo, huc cum Regio Propheta dicentes: Firmam- entum meum, & refugium meum es tu. Psalm. 70. Quot sunt quoties, qui postquam omnes conatus suos exeraerunt, omnibusque humanis consiliis, que sibi occurrere poterunt, ut vororum sum- mam consequerentur, uti sunt, qui de Deo ne cogitent quidem, ad hunc tunc denique confu- giunt, cum conatus suos in irruum abiisse vident, & se quacumque ad destitutos? Quot occurrunt, qui in carneo brachio omni confidentia constitua- ea, que cupiunt, vel ab industria, vel ab in- genio suo, vel a Consanguineorum auctoritate, fa- vore, quibusque praestolantur, quin oculos in Coe- lum convertant; inde eam opem accepturi, qua indigent; quamvis saepe eos docuerit experientia, omnia hac humana praesidia fluxa esse, atque fra- gilia? Quot sunt, qui primum quidem divina opem implorata, ut ex morbo aliquo convalescerent, vel ex imminenti periculo eruerentur, cum stato tem- pore recreati non fuerant malo, ad superstitiones, aliasque novas confugerunt? Haec tamen spes omni- no inanes sunt, & fallaces; non enim inveniuntur Deo, in quo uno hominis esse debet confidentia, ne confundatur, & ut firmum, solidumque praesi- dium inveniat. Idem.

Deut 10-2

tuo, hac fundamentum tutum habet, & inconcus- sum, quol nunquam deesse potest: in Domino spe- ditur, David Psalm. 25. inquit, non infirmabor. Hic est spes mea, hic omne confidentiae meae fun- damentum; seu difficile aliquid opus aggressurus sim, seu ex gravi aliquo periculo mihi sit emer- gendum, seu molestum aliquid accidat mihi, ab uno Deo subsidium necessarium expecto. Quid- quid agendum sit, S. Bernardus ait, quidquid tole- randum, quidquid declinandum, quidquid optan- dum, tu es, Domine, spes mea, haec una mihi om- nium promissionum causa, haec tota ratio mea ex- pectationis. Post haec, idem S. Bernardus addit, de- liberat adhuc, utrum abdicandae sint spes omnes inanes, quas in creatis rebus habere possumus? Quoties amicorum infidelitatem; eorum, de qui- bus per quam bene meriti fueramus, ingratitudi- nem; principum virorem, qui nobis sum praesi- dium spondederat, incostantiam; consiliorum, que melius inita videbantur, eversioem (abita, inopi- nataque morte; praesidiorum, quae solidissima, & firmissima videbantur, fragilitatem, sumus experi- ti? Idem.

Non ideo putes, nequaquam licere a Deo tem- poralia sperare bona, & ab eodem ea petere, qui- bus non indigere arbitramur: ipse enim nos do- cuit, ut quotidianum panem flagitemus, nobis- que repetit futurum, ut ex omnibus, que ingruere possent, malis eriperet si ad ipsum confu- geremus. Non desunt infinita Sanctorum exempla, qui nequaquam frustra eum exorantur, seu pro suis seu pro alienis necessitatibus. Verumtamen cavendum est, ne terrena haec praecipuum spei nos- trae obiectum constituant; primum Deus; ejusque iustitia quaerenda est, caetera vero existimanda tam- quam aliquid additamentum eorum, que a Deo praestolantur. Idem.

Confidentia nostra, ut talis sit, qualem Deus postulat, prompta esse debet, firma, inconcussa perseverans. Magnus error est in periculis, ege- statibus, calamitatibus, tunc tandem divina opem exposcere, cum frustra omnia tentata sunt, ut sine illius ope vororum nostrorum summam as- sequeremur. Cur putas, S. Chryostomus hom. 6. in x. ad Tim. inquit, Josephum tandiu in carcerem a Deo fuisse detentum, quo impudicissimae dominae calumniam illum conceperat? hac una fuit causa, quia sua fretus innocentia inde egredi- celerius quaesivit, atque ut libertatem suam matura- re, confidentiae partem in pinceram Regis Pharao- nis collocaverat, cui futurum praedixerat, ut dignitatis suae redderet, & qui anixus poposcera- rat, ut sui recordaretur, & pro liberatione sua apud Regem laboraret. Deus rerum omnium primatias deposcit, & petit, ut ad ipsum primum confugiamus. Idem.

Patendum profecto est Christianos, qui semper pavidi sunt, & diffidentes, nequaquam in Deum sperare, sed ex eorum esse numero, de quibus per- istiam queritur Deus: Qui confidunt in nihilo, & loquuntur vantates; conceperunt laborem; & pepererunt iniquitatem; ista: avarae sciverunt. Mat. 29. Tantum abest, quod in Deo sperent, & in immutabili confidunt, ut omnem spem suam, atque omne perfugium in nihilo creaturarum con- stituunt. Ambitiosus ille, ut propositum sibi ho- noris gradum assequatur, innititur auctoritati ami- ci, cujus magna est apud Regem gratia, vel po- tibus in mundanae politicae dolis, artibusque confi- dit: miles in strenuitate, & fortitudine sua; mer- cator in negotiorum scientia: mulier in viri sui potestate, & industria, nemo autem in Deo. Ideo omnes hi Christiani spe vacui cum quotidiana do- ceantur experientia, praesidia sua esse labantia, omnia sibi desicere, & interitum suum non procul abesse; perpetuis urgentur timoribus; & intelli- gent omnem conatum suum telis avarae similem esse, que levi statu momento dissipantur. Pater Tertius in Dominicali sermone pro quarta post Epi- phaniam Dominica.

Eorum plerique, qui se fideles dicunt, in ad- versis nunquam Coelum respiciunt, nisi primum sibi terra defecerit; nunquam ad omnipotentem perfugiunt, nisi humanarum artium infirmitate co- acti. Donec aliquis spem radius ex rebus creatis affuget; de Deo, ejusque ope ne cogitant ipsi- quem, perinde ac si non esset Deus, vel Dei au- xilium sibi necessarium non esset. Nisi Deus omnes eidem aditus obstruit, per quos subsidium invenire in mundo se posse arbitrentur in affli- ctio-

Nostra in Deo coa- fidentia prompta esse debet.

Fideles sperare in Deo non spe- rant.

tionibus suis, se nunquam convertunt ad Deum. Hoc divinum excitat iram, & accidit passim, ut inanis eorum confidentia obiecta, Deo jubente, evertantur, creaturis, quibus iniunguntur, vel deficientibus, vel etiam in sperantium perniciem convertentis. Pleurumque Deus inania hac conferit Idola, quibus homines sua nuncupant vota, ut inde ferant auxilium; vel iisdem utitur, ut illos perdat, atque confundat: Confunduntur ab Idolis, quibus servierunt. (1saia 29. Item.

Dei confidam tanquam in eo confidit.

Scis nulla te magis homines affici, quam cum viderint ab aliquo in se omnem confidentiam constitui. Cum calamitosum aliquem videmus, qui ad nostram provolutus genua opem implorat; praesertim vero si calamitatis ejusdem certi sumus, ac illi ope ferre valeamus; praeterquamquod gloriosum est calamitosi operanti; confidentia haec, quae satis ostendit, quati ab ipso fiat, & lenitas nostra, & nostra potestas, efficit, ut calamitatem illius nostram putemus, eaque nobis miseratione dignior videatur. Quis vero dubitat, quominus nostra in Deum pro temporalibus necessitatibus confidentia, nova quaedam sit ratio, qua victis nobis favere teneatur? In eo uno sperant, inquit Sanctus Augustinus, ne in aliis hominibus sperent. *Extrat sermone pro quarta Quadragesima Dominica.*

Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. O nos miseris! Licet nobis persuasum sit de nostra simul, omniumque rerum creaturarum imbecillitate; licet sciamus, Deum unum malis nostris solacium asserere posse; ipse tamen ille est, ad quem infrequentius, seriusque confugimus. O deplorabilem hominis conditionem! vel potius o miseriam cordis, mentisque cecitatem. Quamplurimus tempestatibus acti, inter scopulos, syrtesque errantes nunquamne, ut olim discipuli, ad Deum confugimus? unquamne eam quaeremus militiam, quam Deus unus nobis potest efficere? *Domine salvus nos perimus. Matth. 8. Etsatis de sermone pro quarta post Epiphaniam Dominica.*

Deus sepe nobis opem agit ad non praesertim confugiunt.

Ideo Divina consolationis effectum nequaquam recipimus, quidam Sanctus Vir ait, quia nimis sero ad Deum confugimus, & antequam ad eum confugiamus omnia humana suscipere deique miscemus, donec eorum infirmitate perspecta novissime tandem illi vota nuncupamus. Amicus, qui se a te negligi novit, & scit a te caterorum praesidium inquiri, in sine illius ope optatum finem assequaris; cum tandem illius praesidium implorare tenebris, exprobat ille quidem tibi injuriam sibi illatam, eo quod a te fuerit contemptus, & quod necessitas mera, non autem confidentia in eisdem amore, te, apud illum supplicem statuatur. Si te deserit, id unum facit, quod mereris, si postquam diu te expectare, ac languere passus fuerit, ut factum cognoscens de temetipso conqueraris, atque errorem tuum confitearis; tandem exorari patitur, plus praestat, quam quod mereris. Hoc ipsum de misericordia Dei dicendum est, qui per justitiam id facit, quod faciunt homines, ut suo indulgeant dolori. *Egrotas, & quia statim ad eum tuas preces effundas cetera quaecumque remedia tentas; eaque ubi irrita, & inutilia perspicias, morbumque tuum diuturnum fore cognoscis, tandem ad illum te convertis, qui si abiecit preces tuas, de quoniam tibi conquerendum est, nisi de teipso, & de contemptu, quo illum affectisti? si dixerit tibi: ubi sunt Dii, quos fecisti tibi? Jer. 2. Desumptum ex Auctore Anonymo.*

Quos videmus, qui fortuna vota sua nuncupantes, eique preces suas effundentes, postquam agnoscunt eandem eam esse, ad pro libidine bona elargiri, ad Deum confugiunt, & ideo solum confugiunt, quod alia quaecumque spe destruntur? Quot, ubi spem omnem in autoritate sua, bonis, & amicis collocant, videntes demum omnia in irritum cadere, potentes quidem ingratos, amicos perfidos, bona fluxa, exultationem inanem, & fragilem, sese offerunt Deo, cui non offerunt, si haec Idola sibi auxilium praestare possent? Quos videmus, qui postquam sollicitationes, assiduitates, dolos, veritatis, Chyrogaphorum adulterationes, omniaque impenderant ut iniusta his sibi adjudicaretur, oculos tandem in Coelum arrotant, inde auxilium recepturi, quod ab hominibus non aliter expectant. *Sermones morales; sermone de Providentia.*

In omni- bus praeter Deum confidimus.

O humanae mentis perversitatem! quidam S. Pater exclamat, in illis, quae huius mundi sunt, confidentiam statimus, in Deo vero nequaquam

confidimus; spem collocamus in his, quae non merentur, & sperare nolumus in unum illum, in quem tor ob causas sperandum est. Si enim in terram confidimus, quae ingrata, ac sterilis est; in mare, ac tempestates, quae adeo funesta sunt, ac tot parvum naufragia; si in homines, qui infideles sunt, fortunam quae est mobilis, principum virorum favorem, qui fragilis, ingeniumque nostrum, quod fluctans est, & saepe fallitur; nonne deplorabilis cecitas est, non confidere in illum, qui terrae ubertatem impertit: qui imperat mari, qui prosperat, adverseque fortunae solus arbiter, & Dominus est? *De S. Martino sermone in quartam Quadragesime Dominica.*

Ideo pleraque confilia nostra e voto non cedunt, quia in Deum non confidimus, & in mortales tantum speramus. Alibi iniquitatem non est causa plurimorum malorum, quae nobis accidunt. Deus nobis manus non tendit, quia non confidimus in illum: iam actum centies, ubi nulla humana spes nobis reliqua est; & ideo permittit Deus, ut nobis mortalia desint subsidia, & uti olim S. Petrus, demergamur in mari. Si adhaerit confidentia in Deum, mare ipsam solidum sublegetur pedibus nostris; ea vero si defuerit, solidissima etiam sulchra sub nobis corrueunt; soliditas enim non est in terra, sed in potentate Dei illam solidam efficientis, & haec eadem potentas aequo efficere potest solidas aquas, ac terram; dummodo ille iubeat nos super illam incedere. *Desumptum ex libro cui titulus; Etsatis de Moais.*

Hominiem hac in re imbecillitas.

Hae mens imbecillitas & levitas quamplurimis communis est, qui Dei opem experti pluribus in periculis, animos depravat, omnique confidentiam amittunt, quodcumque, licet leve, malum sibi accidit. Ruptimodi erant Israeliti in deserto, qui contra Deum obmurmurasse ferunt dicentes, nunquid poterit mensiam preparare in deserto? dubitant de potentate Dei oblitum iam transiit maris nostri, aliorumque miraculorum, quae in eorum gratia ille praeparaverat. Huiusmodi erant etiam Apolloni, cum filio Dei dixerant ducentes argenteos nequaquam satis futuros ad emendum panem, quos veleret ut ingens illa populi multitudo, quae ipsum in desertum secuta fuerat; postquam enim torres illis probasset, potentiam, atque divinitatem suam eorum miraculorum copia, quae illis inspectantibus fuerat operatus; cur eo loco, & comite erat metuedum? Nonne credendum erat, futurum ut ille nosset, quomodo illorum vires confuieret? Immo postquam oculis suis recens aspexit miraculum, quo quinque panes fuerant multiplicati, quomodoanam, cum naviculam conscendissent eo comite propter obtortam tempestatem naufragium se pati posse timuerunt, quasi minus illi in mari, quam in terra possent operari asserere? In hac ipse cecitate versantur adhuc perierunt in delirium, qui comparari possunt principibus exercitus Syri, de quo sermo est tertio Regum libro, qui bellum Acha Regis Israelitarum indixerat. Cum enim vidissent innumerabilem exercitum suum exiguos Israelitarum numero intereptione delectum, perierunt victoriae huius honorem non Israelitis, quae res summam illis pudorem iniecit; sed montium Diis esse tribuendum. Quam ob rem anno infrequenti decreverunt non amplius in montibus, sed in vallibus manus conferere, rati, se victoriam relaturus, nisi hostibus montium Dii milissent auxilium. Hoc profebo est de sanx mentis usu esse deiectionem, arbitriam divinitatem potestatem pro diversis locorum spatius, vel augeri, vel imminui. *Desumptum ex Homilias Moralibus; homilia pro quarta post Epiphaniam Dominica.*

In quoniam nolumus confidere debet, nisi in eum, qui per antonomasiam fidelis vocatur, & cuius fidelitas semper eam superavit confidentiam, quam dum amici ipsius in illo constituerunt: Sapiens, inquit Ecclesiasticus c. 33. credit verbo Dei, & verbum illi fidele. Sapiens nequaquam confidere debet in huius terrae principibus. Haec de re, Dei nomine, Regius Propheta nos admonet; quia in illis nulla securitas est, neque tanta potentia, ut nos tuentur. Sapiens in reliquis hominibus non confidit; hi enim, ut ait Scriptura, vanitas sunt, & mendacium. Sapiens non confidit neque in fortitudine sua, quae infirmitas est, neque in prudentia sua, quae dementia est, neque in opibus, quae lutum, & sordes, neque in exultationem, quae fumus. Sapiens igitur in Deo uno confidit; nam veritas ipsa testatur, omnium saeculorum decursum neminem illo-

Nulla res Deo maiorem adfert honorem quam confidentia.

Nulla confidentia eo grauior Deo, quominus terribis innotatur opibus.

Illorum, qui speraverunt in illum, deceptum fuisse; aequo brachium illius potentia, atque cor bonitate repletum esse, ut nostris necessitatibus optuleret. *Domus Israel speravit in Domino* (ita loquitur David,) & ipse adiator eorum, & protector eorum est. *Domus Aaron speravit in Domino: Adiator eorum, & protector eorum est. Qui sument Dominum speraverunt in Domino: Adiator eorum, & protector eorum est. Ut verbo me expediam, percurte, inquit Ecclesiasticus, quidquid sub sole est, & vide, utrum inter tot populos, varisque gentes, quae sunt super terram, vel unus extiterit, qui fuerit confusus eo quod confidentiam suam in Deo constituerit. *Pater Poire libro de Scientia Sanctorum tract. 3. part. 2. cap. 11.**

Credet fortasse quispian Sanctos dantat, & amicos Dei tuto posse in bonitatem eius confidere, quia fideliter illi servierunt; quia hac in re nihil a conscientia sua sibi exprobari sentiant, & quia cor ipsum fidei hoc sibi divina testimonium, se posse sine metu coram divina maiestate prodire. Hoc sane propugnaculum est, quo se vester confidentia, sed illud evertete, & expugnate, operosum non est. Namque ex vobis quaero utrum, inter tot gentes, quae sunt super terram, vel unus homi frustratus fuerit votis suis, postquam in Deo spem suam collocaverit, & utrum inter tot gentes, vel unus homo fuerit inventus, qui minime fuerit Sanctus & Amicus Dei? Fieri potest, ut illi omnes, qui ab initio isolorum ad haec usque tempora in Deum confiderunt, inde speraverint, se voti damnatum iri a Deo, quod testimonium ipsis perhiberet confidentia, se Sanctos esse, & amicos Dei? Haec proculdubio non erat Manassis sententia; Verum, qui ita loquitur, Sanctos male novit, putans ipsos sua sanctitati innoxios in Deum confidentiam omnem transtulisse; Sancti nunquam hanc praesumptionem habuissent, ut se Sanctos putarent; & Sanctorum immo proprium est longe aliud de seipis sentire, quoniam se tamquam abiectionem aliquid existimant, & per humilitatem se indignos arbitrantur, qui coeli lumen adspiciant. *Idem.*

Si nihil majorem Deo adfert honorem, quam sabillies illi conceptus, quos de eodem fovemus, profebo confidentia adeo elata nobis adfruit ideas de illius potentate, sapientia, fidelitate; ut maiores concipere minime possumus. Fingite, si vobis libet, videri Sanctum Job, illud patientia miraculum, in idem quietissimo tamquam in cathedra sedentem, & in ea malorum, quibus obruit caterva, in medio noctis obscura, inter cuius tenebras nihil aliud videt, nisi horrores, & desperationis argumenta; nihilominus elata voce clamantem: *etiam si occiderit me, in ipso sperabo, si mihi vitam abulerit, non desinet tamen de corde meo confidentiam. Nonne haec sollemnis confessio est, mereri Deum, ut rerum omnium potentis factura habeatur, quam desit in minimo verborum illius confidentia? *Idem.**

Quisnam referre potest elegia, quibus omnes Sancti admirabilem hanc virtutem prolequantur? confidentia, quidam inquit, victrix est virtus, obtinens quodcumque capit, & petit. Sanctus Bernardus, qui pretium illius agnoscebat, ait, propter illam Deum populo suo positum fuisse; *omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit.* Sanctus Jacobus Apostolus addit, ad quacumque gratiam obtinendam satis esse, eandem non hesitante expetere. *Hic thesaurus est, inquit alii, cuius pretium nunquam intelligitur, nisi Deus nobis oculos aperuerit, ut illud intellegamus. Praesertim orestor vos, fratres, agebat Sanctus Paulus, ne pro quolibet re confidentiam amittatis. Hoc erat admirabile documentum, quod Salvator discipulis suis tradebat dicens: *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calcamentis, numquid aliquid defuit vobis? Hic denique fidelis dux est, inquit Regius Propheta, tuto per omnia huius miserimae vite pericula deducens: deduxisti me, quia factus es spes mea. Psal. 60. *Idem.***

Neicio utrum unquam animadvertitis, in Scripturis saepe haberi sermonem de Egeno, Orphano, Vidua; vos enim ipsi fatebitur, in hos tantum omnes Croll benedictiones effundi illoque Deo eo chariores esse, quo magis ab hominibus derelicti sunt. *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.* Psal. 33. Animadvertite, hunc a Regio Propheta, non alio appellari nomine, quam pauperis: *iste pauper clamavit.* At quis non

videt, illum Coelo eo notioem esse, quo magis in terra ignoratur? Alio in loco asserit, Deum esse reliquum pupilli; pupillum extemis brachiis a Deo recipi; Deum Vidui, ejusque filius maximas quilibet benedictiones elargiri, & sufficere, si qui caret defensione, & praesidio ad illum optans confugere, dixerit se unicum esse, *Unicum sum ego.* Psal. 24. Hoc est ab omnibus derelictus. Hinc dicimus confidentiam eo majorem; puriorem, & Deo gratiorem esse, quo minus praesidium extra illum nascitur, & certiore viam, ut divina Majestati accepti sumus hanc esse, si a mortalibus omnibus derelicti omnem confidentiam in uno illo constituamus. *Idem.*

Inter alia discrimina inter confidentiam quae in Deo, & eam quae in rebus creatis trahitur, hoc non extremum est, quod quae in creatis rebus collocatur, conjuncta est cum altitudinem, ne spes nostrae in irritum abeat propter infirmitatem, inconsistentiam, & infidelitatem, quam in Mundo quotidie invenimus. Videtur nobis singulis momentis nuncium audire, quo se nostras in desperatis esse admoneamur, donec aliquando eum tandem inveniatur effectum, quem impatienter praestolamur. Nihil vero e contra magis hominem in trepidum efficit in iis, quae aggreditor, quam confidentia in Deum. Diceres hanc in manu illius coram Dei omnipotentiam collocare; eisque si pendia creaturas omnes mererit, ut illi omnia cedant ex sententia, eo usque ut in gratiam ipsius naturalibus etiam rerum omnium fluidis vis infertur videatur. Haec rupes mollit, aquas indurat, calidaeque facit; haec solem moratur; haec Montes loco cedere cogit; haec terrae, aeri, ventis, tempestatibus imperat, haec naturam omnem sibi subiecit. *P. du Sauss tractatu de Confidentia in Deum l. 1.*

Confidentiam in Deo statueret humana subiecta obtere non debent.

Mihi de confidentia loquenti non ea mens est, ut humanam prudentiam a negotiorum nostrorum cura exulare velim, & fovere hominum ignaviam & negligentiam sub hac specie in Deum confidendi. Non vult Deus inutilia efficere ea lumina, quae nobis concessit, nostri curam gerendo; sed illa infirma, atque imbecillia relinquunt, ut in omnibus operibus nostris ad ipsum confugere teneremur. Quam timidus sunt, atque mutantes hominum cogitationes, quam breves, & parum tute provisiones nostrae! Illud autem deplorabile est, quod humanae prudentiae satis non fit, suum obtinere locum in Consilio nostris, sed sibi omnem eorum rationem vindicet; quin ullum locum tribuat confidentiae. Hinc homines terrena quarunt auxilia perinde ac aliunde opem non possent recipere. O creaturam ingratoram, Salvianus exclamat, putatne Deum indefinitum tuo adesse lateri, ut in necessitatibus tuis te derelinquat? nonne hic ille est, qui Coelum, terraque replet, ne abiat ab illis, qui suam opem deposcunt? Ad quem igitur fidentes confugere possumus, quam ad summam hanc bonitatem, quae nos tenet in manibus suis, & quae jugiter nobis dat & vivere, & esse, & moveri? *Idem.*

Quamquam Deus saepe amicis suis pollicitus fuerit, se effecturum, ut ipsi de hostibus cumulatiflimam victoriam referrent; voluit tamen semper, ut partem laboris assumerent ea in re, quam ipse erat operaturus; & cum ab opere manum moverant, tunc effectus etiam divinae promissionis, & benedictionis fructus deserunt. Receiverit ille se Moysi, & Josue, adfuturum, illis praestantibus suspensa allaturum, terroremque, & confusionem hostibus incursum; verumtamen egregii illi Duces nihil intentatum reliquerunt, ut res e voto cederet; summa vigilantia exercitibus praeserunt, bellicis etiam stratagematibus usi sunt, ut eos opprimerent, quos Deus in manibus eorum se traditurum speronderat, Gladius Domini, & Gedeonis haec miracula operantur, clamantur Jud. 7. milites exercitus Domini de Medianis triumphum agentes, & 2. Paral. cap. 14. mentio fit mirabilis victoriae de Aethiopiis, aliisque barbaris populis relatz, ubi Deus adfectu Regis Asa tantum terrorem addidit, ut hostibus arma de manibus laberentur, itque se intereptione delerit, ac pedibus conculcati finerent, quin ferre reluctarentur. Verumtamen, hanc exercitus Asa laboraret, adduntur explicitae quae verba, per manus Domini, atque Israelitarum cum ipso praestantium penitus fuisse delectum. *Idem.*

Ubi sunt Dei tui, quos fecisti tibi? *Surgens cum Deo eos. Hoc.*